

2393

A S C E T I C I.

2394

DCXXVII.

720 Codex chartaceus germ. Sec. XVII. Folior. 10. 4. Meditationem rhythmis inclusam de Vita et Morte Servatoris complectitur, cui Titulus: *Christliche Betrachtung über die Geburt, Leben, Leyden und Sterben, Auferstehung unnd Himmelfarth un-*

fers Christ - neu - gebornen Jesuleins &c. Autor Petrus Meisnerus Sorbigenfis Saxo Phil. Studiosus inscribit Leopoldo I. Imp. aitque, se Viennae ope PP. Benedictinorum ad Sacra Catholica transgressum, nunc voti reum Romam cogitare, unde viaticum flagitat. Poematii initium est:

*Was war die ursach dann, das Jesus du verlassen
Den hohen Himmels Saal! mein Sinn es kaum kan fassen;
Die über grosse gunst, und unerhörte lieb
Die war es, die zu uns dich in den jammer trieb. &c.*

Nempe

*Ut Versus faceret.**Paupertas impulit atrox,*

DCXXVIII.

348 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 168. f. per duas columnas nitide scriptus, rubricisque enotatus, olim ecclesie sancte marie uirginis in ruomertorph continet I. Gebenonis O. Cisterc. Prioris in euerbach *Speculum futurorum temporum* seu *Pentachronon* contractum ex Revelationibus seu Vaticiniis *Hildegardis* Virginis Abbatis in *Monte S. Ruperti* prope *Bingiam* an. 1178. defunctae. Praeit *Gebenonis* *Epistola* ad *remundum scolasticum* et *reinerum canonicos Sancti Stephani in moguntia*, in qua nominat *Librum Sciuias*, *Librum diuinorum operum*, et *Epistolas Hildegardis*, e quibus sua traxerit. Sequitur *Prologus* alter, et

Admonitio: De eo quomodo S. bildigardis obscure et inusitato stilo loquitur. Demum: Incipit prophetia Sancte bildigardis de quinque futuris temporibus que ceperunt anno domini. M. C. secundum quod ipsa dicit in quodam loco. Post incarnationem inquit anno M. C. doctrina apostolorum et ardens iusticia quam in christianis et spiritualibus constituerat tardare cepit. et in hesitationem uertebatur. Opus jam indicatum Codd. aliis.

II. fol. 42. p. 2. *Incipit Liber epistolarum sancte bildegardis uirginis. Epistolas ad Hildegardem undique datas cum ejus Responsis publici juris fecit, quod non notat Foppenius in Bibl. Belg. Canonicus Antverpianus Justus Blanckvualt 1566. Colon.*

F f f f 2

4.

4. descriptas, ut ait, manibus propriis ex *Archetypo*, quod in monasterio in *Monte S. Roberti* prope *Pingam* sancte adseruatur. Mutilum sane oportuit esse *Ἀρχετυπον* istud, si cum *Exemplo* nostro contendas. *Epistolas* ille dedit *CIII.* reimpressas in *Bibl. PP. Lugd. T. XXIII.* p. 537. *Codex* noster offert *CCLXXII.* ascetici quidem omnes argumenti; cum tamen *Fabricio* in *Bibl. med. et inf. Lat. L. VIII.* p. 262. visum fuerit *Indicem* Personarum, quae piam *Matronam* adpellarunt, texere, *Lectori* non ingratum fore putem, si *Indicem* hunc auxero, non quidem ad *Alphabeti* seriem, sed ad eum, quo se *Epistolae* in *Codice* excipiunt, ordinem. Id modo molestum, quod *Scribentium* nomina paene semper non nisi prima littera expressa sint, quam igitur, ut incertam, nequidem adjicio. *Abbat*es *Venburgenfis. Eluacensis. in Mulenburnen. S. Michaelis in Babenberch. Berthodus Zyynidensis. in Salem. de S. Eucharis. Bosonis ville. de Zyber. Nicol. in Halesburnen.* Simul *Abbat*es *Melleuallis, Cari Loci, Clari Fontis, Charitatis et Bethaniae. Abbas de Eberbudte. Richard. in Sprincherbach. S. Wilhelmi. Prepositus de stanheim. Prelatus Wilhelm. in begennebe. Frater de uescera. Frater in eluestat. Prouisor in Selboth. Prepos. in Herde. Prouis. Ord. S. Aug. in Hamelen. Prelat. in Wardegos. Prepos. in Mideresdorf. Frideric. Prepos. in valle dei. Prelat. in Kappenberch.*

Prepos. de sancto Uictore in Mogontia. In Confluentia. S. Andree in Colonia. Erphordie. De Domo in Mogontia. Belderic. S. Simonis in Treueri. In Knechtstede. In Bunna. Abbatissae Adelheid. in Gandernheim. In Erkenrode. In Wetderwinkele. De Altbena. In Altuich Traiect. dioc. In Zyringim. Priorissa inferioris Monast. S. Marie Ratisb. Abbatissae in Zoysfungun. In Gerbestede. In monte S. Ciriaci Erphordie. In luoboldesberge. Priorissa in Widergoldesdorf. Abbatissae de Crouchdal. In Babenberck. Ueteris Monasterii moguntine ecclesie. Priorissa in Melofstat. Abbatissae superioris monasterii Ratispon. In Missim. Loci sanctarum uirginum Colon. ecclesie. De Dydenkirchen iuxta Bunnam. Magistra Sororum antenacensum. Magister de Traiecto. Sacerdotes duo de Ruthdelingun. Sacerdos Treueris. Frater de Otterburch. Magister Parisiensis. Decanus de S. Martino eccl. mogunt. Monachi in Mulinburnin. De Ebra Cistercienses. Quidam Wessionensis. Canonicus Traiectens. Sacerdos magister hospitalis in lutherin. Fratres S. Michaelis in Sigeberch. Monachi in byrsaugia. In Eberbach. Prior de Wilfilda. Sorores Zwifildenses. Prior et Conuentus de Monte S. Disibodi. S. Eucherii in Treueri. Prior et Congregatio Cisterciensium. Fratres sub defensione S. Martini. Fratres Cenobii S. N. in amerbach. Conuentus proprius Sororum in Monte S. Ruperti. A. Prior

2397

A S C E T I C I

2398

Prior et Congregatio fratrum. Coenobium Hummense. Praeter aliquas Epistolas ἀδελφωτάς, ad quas omnes *Hildegardis* respondit, et non raro fat acriter, ut maxime memini in literis ad *Abbatissam in Zoysungun fol. 88. p. 2.* Ex quibus omnibus patet, quanta fama, quantaque auctoritate Sanctimonialis haec Femina aevivo suo floruerit.

III. fol. 151. *Incipit uita Sancti Ruopperti confessoris.* Vitam hanc *Ruperti* s. *Roberti Ducis* olim s. *Comitis Palatini ad Rhenum* ab *Hildegarde*, in cuius Coenobio ossa ejus quiescebant, conscriptam, mutilam edidit memoratus supra *Blanckuualtus*, nexamque insuper cum *Sermone Hildegardis ad Congregationem Sororum suarum*, ut ibi inscribitur. Plenior post *Job. Bussaeum* et *Nic. Serarium* repraesentarunt *Bollandiani* ad diem 15. *Maji* T. III. p. 504. neque ulli alteri Opusculo illigatam. At vero in *Cod. nostro* partem facit *Responsi*, quod *Hildegardis* dedit ad *Epistolam Helengeri Abbatis de Monte sancti Disibodi*. Neque id recte, cum *Helengerus* non *Ruperti*, sed *Disibodi* Vitam ab *Hildegarde* sibi enarrari petierit. *Disibodi* igitur *Vita*, quae in *Cod.* ut videbitur, postrema est, *Helengeri Epistolae* continuo subjici ab *Librario* debebat. Quod cur non factum, difficile est dispicere. *Responsum* porro mox memoratum sic inquit: *Cum creature per iussione dei processerunt. plurime stelle que in-*

numerabiles in lumine tunc fuerunt &c. et post 3. columnas in his verbis: *ad honorem dei frequenter se inclinatur*, perfecte coincidit cum *Blanckuualti* supra dicto *Sermone ad Congregationem Sororum*, in quo partim *Symbolum Atbanasio* tributum exponitur, et dein ad vitam *S. Ruperti* descenditur; cum enim *Hildegardis* dixisset, *Ecclesiam a Deo bonis operibus et virtutibus ornata fuisse*, subdit: *Sic et in electo suo scilicet beato Ruopperto deus fecit, quem in infanciam sua totum (gratia) perfudit &c.* Atque ab hinc *Codex* cum *Bollandianis* consonat usque ad ea verba: *per nos precio nostro comparauimus*, quibus ii finiunt, *Nostro* per unam et dimidiam col. in laudes *Ruperti*, adclamationesque ultra procurrente, hoc tandem termino: *O beatissime Ruopperte qui in flore etatis tuae non produxisti nec portasti uicia dyaboli. unde naufragum mundum reliquisti! nunc intercede pro famulantibus tibi in deo.*

IV. fol. 156. *Excessus* quidam mentis pariter, ut opinor, ad *Hildegardem* pertinens, licet eum in *Revelationibus Coloniae* 1628. f. editis non inueniam. *Incipit* absque titulo: *Et iterum audiui uocem de celo sic in alio modo dicentem. Primus sonus ita permansit &c.* Multa in laudem *B. V. Finis: et aduersa que praedicta sunt uobis adierunt.*

V. fol. 161. *Incipit uita Sancti Disibodi episcopi.* *Initium: In mystica uisione ut deus uoluit propter*

2399

C O D I C E S

2400

ter petitionem et iussionem prelatorum meorum scilicet belengeri abbatis cunctorumque uestrum in prefato monte beati disibodi deo famulancium &c. Vides, quod supra monui, non *Ruperti*, sed *Disibodi Vitam* Epistolae *Helengeri* subijci debuiffe. Extat ea T. I. *Julii* ad diem 8. p. 588.

*In celesti yerarchya
iubilus cum Synphonya
festi dat inditia*

Seculo, ut videtur, XIV. exarata est.

DCXXIX.

747 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 119. 8. luculente, sed non una manu perscriptus complectitur *Hildegardis* Virginis

1. *Ad seculares homines.* fol. 1.
2. *Anastasio Apostolico.* f. 9. p. 2.
3. *Danieli bragensi episcopo.* f. 12. p. 2.
4. *Ruothardo eberbacensi abbati.* f. 14.
5. *Guntero spirensi episcopo.* f. 15.
6. *Diethtero abbati de mulenbrunnun.* f. 16. p. 2.
7. *Sophie abbatisse.* f. 20.
8. *Bernbardo et Gregorio Cardinalibus.* f. 20. p. 2.
9. *Sibille trans alpes.* f. 22.
10. *Congregationi Andernacensi.* f. 22. p. 2.
11. *Friderico regi.* f. 25. p. 2.
12. *Monacho de monte.* f. 26.
13. *Henrico episcopo de Bevez.* f. 27.
14. *Otdoni abbati.* f. 27. p. 2.
15. *Abbati de sancto emmeramo.* f. 28.
16. *Richardo preposito de undenesdorf.* f. 29.
17. *Uodalrico Canonico augustensi.* f. 30.
18. *Hermannno episcopo constantiensi.* f. 30. p. 2.
19. *Cuidam homini.* f. 31.
20. *Dietmaro abbati de sancta Waltburga.* f. 31.
21. *Manegoldo abbati de birsaugia.* f. 31. p. 2.
22. *Luthgardi comitisse de nifum.* f. 32.

apud *Bollandianos*, quorum iudicium de *mysticis* ejusmodi *Visionibus* facile prudens quivis suum faciet. Adi *Commentarium* prae v. §. II. p. 583.

Adhaeret Codici *Sequentia De Assumpcione sancte Marie* notis musicis instructa, cujus initium:

*Quo marie super celos
ascendenti canit melos
celorum militia &c.*

Antifitae in Monte S. Ruperti prope *Bingiam* a. 1178. ad Superos translatae *Epistolas* CLXVI. Dedimus *Cod.* praeced. *Epistolas* Aliorum et *Hildegardis* ἀποκρίσεις CCLXXII. In praesenti solum *Hildegardinae* exhibentur, quarum Index hic sequitur:

23.